i **In ſumma.** Poſſidenti naturaliter tñ aut ciuiliter tñ aut vtroq; tunc competit hoc interdictum: ⁊ ideo competit inter fructuarios inter ſe vel inter alios contendentes ⁊ inter vſuarios: ⁊ competit vſuario contra tertium. h. d. tota. l. ¶ In tex. ibi. Fructuarios. inter ſe ꝯtendentes. ¶ In tex. ibi. Et alter vſũfructum. ⁊ ſic poſſeſſionem naturalem: nam fructuarius habet naturalem fundi in quo vſumfructum habet: ⁊ illã habet vere: ⁊ retinet illam animo ſolo ẽt ſi exierit funduz ⁊ conſpectum eius. Et idem in vſuario dicas. vt. l. iij. §. vnde vi. ⁊. §. Item ſi non vſufr. cum ſeq. ff. ti. i. ipſius aũt iuris vſuſfructus: prout ſeruitus eſt: habet quaſi poſſeſſionem non ſolum naturalem imo ẽt ciuilem: quinimo ⁊ dominium ipſius iuris. vt. l. qui vſumfructum. ff. ſi vſuſfru. pe. dixit plene in. l. ſi plures. §. deiectum. ff. ti. i. vbi allegaui omnes concor. ¶ In tex. ibi. Poſſeſſionem. ſ. ciuilem apud dñm conſtitutum. ¶ In tex. ibi. Defendat ſibi. cõtra extraneum. vt differat a ꝑcedenti. ¶ In tex. ibi. Tueatur. alr̃s ẽt cõtra extraneos. ¶ In glo. fi. ibi. Uel dic poſſeſſionem rei. ⁊ bene ⁊ pro hac poſſeſſione turbata competit directum interdictum: ſed pro turbata quaſi poſſeſſiõe ipſius iuris vſuſfructus competit vtile. vt nõ. glo. i. in. l. i. in prin. ff. eo. ⁊ in. §. hoc interdictuz de ſoli poſſeſſore ⁊. ff. eo. l. ſi duo. in medio glo. magne. ¶ In ea. glo. ibi. Sed pro parte indiuiſa. hoc eſt falſum: qꝛ portio pertinẽs ad vſuarium eſſet incerta ratione loci ⁊ quote: ergo ⁊ c̃. vt ff. de acqui. poſ. l. locus. dic ergo ꝙ quilibet eorum poſſidet inſolidum naturaliter: ſed diuerſis reſpectibus ⁊ diuerſis iuribus: nam fructuarius poſſidet naturaliter ratione vſuſfructus: vſuarius rõne vſus. ¶ Nec ob. ꝙ duo non poſſunt inſolidum poſſidere: qꝛ intelligitur quando poſſeſſio eſt ſolida omni reſpectu: ſecus ſi nõ omni reſpectu. vt patet in vſuario: fructuario: ⁊ ſimilibus. Et an plures poſſint iura incorporalia quaſi poſſidere inſolidum:

vt iura iuriſditionalia: iura ductus aque: ⁊ ceterarum ſer uitutum. Jura colligendi pedagia. dic vt hic per Bar.

℃ De ſuperficiebus. Rubrica.
Practicam huius ti. vide in Spec. de cau. poſ. ⁊ proprie. i §. priuata aũt. in ṽſi. eſt ⁊ interdictũ. xij. in. ij. colũ. in. iiij. pte.

**Jt pretor.** Non ſummaꝫ. ℃ Jn glo. ibi. a Quomodo poſſunt frui inſolidum. ꝭ. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculuꝫ. ꝭ. cõmo. ℃ Jn ea. ibi. Et. ꝭ. ti. i. l. i. §. fi. vbi glo. dicit ꝙ vnuſquiſq; poſſidet pro parte indiuiſa. ſ. fructuarius ⁊ vſuarius eiuſdem rei. Sed illam reprobaui ⁊ tenui quod hic glo. dicit: q2 imo vnum ⁊ idem corpus poſſunt plures inſolidum poſſidere diuerſis reſpectibus. Et leges dicentes plures non poſſe inſolidũ poſſidere: intelliguntur quando poſſio omni reſpectu eſſet apud omnes inſolidum. ℃ Jn ea. glo. in fi. ibi. Uel dic gratia honoris. Certe pretores non adhibebant iſti honorem litigantibus: ⁊ huius norme loquendi in plurali honoris gratia ſolus Julius Ceſar fuit inuentor: reliqui aũt imperatores anteceſſores eius nunq̄ talem honorem alicui adhibebant. l. vt reſponſum. C. de tranſac. cum ſiſibus. de quo per Cy. in. l. vna. C. vti poſ. circa pn. Uel dic ꝙ conductores plẽs ad fruendũ conduxerant: ⁊ vnus ab altero impeditur: ſicut cum duo cõmuniter poſſident: ⁊ ita ſinguli pro parte indiuiſa habent viciſſim interdictum: ſicut ⁊ interdictum vti poſſidetis. Ang.

**Si qua.** Superficiarius intentat cauſa cognita petitorium. h. d. Uerſatur autẽ in cauſe cognitione ſi ſoluatur vectigal: ⁊ ꝙ ad non modicum tempus ſit facta conductio: vnde tali conductori ſoluenti ad non modicum tempus competit petitoriũ. i. vtilis in rem actio: vt. j. ea. l. §. ꝙ aũt ait pretor. Competit ẽt hoc conducenti ad modicũ tempus a municipio vel a fiſco. vt. l. i. in fi. ꝭ. de lo. pu. fruen. Competit etiã hoc caſu eodem modo ⁊ ſi ad modicum tempus conduxerit a priuato: tñ talis conductor ius acquiſiuit in re: vt. d. §. ꝙ aũt. coniuncta fi. glo. ſuper verbo in rem actio. ⁊ ibi dicã. ℃ Jn tex. ibi. Judicium dabo. ſ. petitorium: ⁊ ſic actionẽ vtilem in rẽ: ⁊ propterea tex. j. in ṽſi. ſed longe. dixit ⁊ q̄ſi in rem actione: nam vera in rem actio non eſt directa: ⁊ illum ṽſi. iunge poſt iſtum: ṽſic non videatur pretor ſupfiue poſuiſſe hoc interdictuꝫ ex quo poteſt agi iudicio petitorio: nam longe melius eſt ſe tueri per hoc interdictuꝫ in poſſeſſione: q̄ recurrere ad iudicium petitorium: ⁊ hoc voluit ille ṽſi. Ang.

**Qui ſuperficiem.** Ante hoc interdictum propoſitum ſuperficiarius non poſſidens erat ciuili munit⁹ ſubſidio: q2 ſi conduxerat ſuperficiẽ: agere poterat ex conducto: ſi emerat ex empto: ⁊ ſi prohibeatur conſequi poterat intereſſe ſi fiebat prohibitio per dñm: ſi aũt per extraneum: dñs eidem ſuperficiario actiones ſuas preſtare tenebatur. h. d. in terminis ⁊ in ſumma. ℃ Jn tex. ibi. Cũ prohibeat. ſ. locator vel ẽt venditor non tradendo: vt dicit glo. ⁊ bene: nam ante traditionem factam ſuperficiario loquitur totus iſte. §. ℃ Jn tex. ibi. Ab alio prohibeatur. ſimiliter ante traditionem per dñm ſibi factam ⁊. ꝭ. ℃ Jn tex. ibi. Actiones ſuas. glo. exponit de actione in rem que nundum ſuperficiario competebat: eo ꝙ traditio nõ erat facta. Dicit etiã de actione legis aquilie. q2 ſuperficies p exterum damnificata erat: ceditur ergo ⁊ reiuendicatio: ⁊ actio legis aquilie. Potes etiã intelligere de interdicto vti poſſidetis: q2 dñs fuit turbatus: ⁊ per turbationeꝫ res deteriorata eſt: ⁊ ita intelligendum eſt hic: ꝙ cedi poteſt interdictuꝫ vti poſſidetis: de predictis duabus actionib⁹ pbatur in. l. quod ſepe. §. ſi res. ꝭ. de ꝯhen. emp. ℃ Jn gl. ſ. ſolum. ibi. Sed forte ⁊ tunc non haberet. hec vera ⁊ approbata per omnes: ꝙ conductor rei ad non modicum tempus. q2 acquirit ius in re: habet vtilem in rem: ſi autẽ ad modicum tempus conducit: ſuus eſt: niſi talis conductor acquiſierit ius in re: vt ſuperius dictum eſt. Et per hoc patet ratio. l. emptorem. C. loca. que dicit ꝙ emptor non tenetur ſtare colono. nam hoc eſt ideo q2 colon⁹ non habet ius in re: ſed tñmodo actionem perſonalem cõtra locanteꝫ: vbi aũt haberet ius in re. puta q2 ad magnũ tempus conduxiſſet: vl q2 conduxerat vſumfructum a dño ⁊ ſic fructuarius factus eſſet: vel ẽt q2 locator pro obſeruatione locationis obligauit omnia bona ſua: ⁊ ſic acquiſiuit ius hypothece: non poſſet expelli per emptoreꝫ: quod tene menti. ℃ Jn glo. i. ſuperficiem. ibi. Uel dic ſecundo. hec vera: intelligitur aũt quis emere ſolum vt ſuperficies ſua non ſit ſemper cum certum canonem ſiue vectigal annuum ſoluere tenetur venditori: ⁊ ideo ẽt lꝫ vendat ſolum vbi eſt ſuperficies: vel vt ibi ſuperficies imponatꝛ: vel cum caſtrum ibi conſtruatur: vel locus fiat aut vites ẽt propagantur: non intelligitur transferre dominium directum ipſius ſoli: conſiderato ꝙ emptor ſingulis annis certum canonem ſoluere tenetur in recognitione directi dominij. Et idem dicas ſi eccleſia vendidit ſuperficiẽ iure proprio: ⁊ ſolum iure libelli: ſub certo canone perſoluendo: nam totam rem videtur vendere iure emphyteoſis: ⁊ illa verba iure proprio adiecta in ſuperficie: ſunt ſignificantia huiuſmodi tñ: vꝫ ꝙ dicta ſuperficies fuit cõſtructa de pecunia alterius q̄ eccleſie: ex eo forſitan q2 ſolum fuit alteri iam conceſſum vt ibi ſuperficies imponatꝛ: quod tenet Bar. ⁊ bene. ℃ Jn glo. in verbo. Agendo. i fi. Jſta glo. eſt multum ſingularis: pro qua facit. ꝭ. loca. l. ij. in prin. ⁊. C. de predi. decur. l. fi. li. x. Sed dicas primo attendi verba. ſcd̃o attendi precij ſeu mercedis quantitatem. vt hic glo. dicit. argumentũ. j. de reg. iur. l. contract⁹. Jn dubio enim non eſt recedendum a verbis: nam ſi appoſitum eſt verbum vendidit: erit venditio. Si verbuꝫ locauit: erit locatio. Quid aũt ſit vbi eſt appoſitum vtrunq; verbum: ſicut fit hodie cuꝫ venduntur redditus ⁊ prouentus: communanciarum ⁊ gabellarum. nam in omnibus inſtrumẽtis inuenies hec verba dedit vendidit ⁊ locauit: dic vt nõ. Bar. in. l. cotẽ ferro. §. fi. ꝭ. de publi. ⁊ in q̄õne quã diſputauit que incipit publicanus. Ang.

**Proponitur.** Omnia que in interdicto vti poſſidetis ſeruantur: ⁊ in hoc ſeruanda ſunt: h. d. ℃ Jn tex. ibi. Quã cãꝫ iuſtam vel iniuſtam quo ad extraneos: ſed quo ad aduerſarium hoc bene conſideratur: ⁊ hoc dicit tex. j. ibi. Unũ tñ ⁊ c̃. ⁊ iſte eſt verus intellectus littere: ſup quo glo. variauit. ℃ Jn tex. ibi. Ab aduerſario poſſidet: nam ſuccũbit in hoc interdicto ſicut in interdicto vti poſſidetis.

**Quod autem.** Jureconſultus hic exponit illa verba ſi alia actio de ſuperficie poſtulabitur: ⁊ hoc ſit pro ſummario. ℃ Jn glo. ſ. vtilis vt hic. ibi. Alij. x. annnoruꝫ. hec approbatur ⁊ eſt vera. vt nõ. in. l. fi. ꝭ. ſi ager vecti. vel emphi. peta. Et ideo Rectores eccleſiarum quibus eſt alienatio interdicta: nunq̄ locant niſi per. ix. annos: q2 ſi locarent per. x. ſpẽs alienationis eſſet: de quo in cle. i. de rebus eccle. non alienã. glo. tamen que nõ eſt alibi: dicit ꝙ ẽt ſi fieret pro centum annis: ꝙ non dꝛ res alienari in. l. codicillis. §. inſtituto. in glo. fi. Sed illa glo. eſt falſa ſm Dy niſi ſuſtineas eam: quod nõ intelligitur res alienari quo ad directum dominium. ℃ Jn ea. glo. in fi. ibi. C. de vſufr. l. ſi domina: ⁊ ibi per Cy. Caueant igitur Rectores eccleſiarum ꝙ nec ẽt in locationis forma concedant alicui vſumfruc. ẽt ad modicum tempus: quia tali conductori acquiretur ius in re: ⁊ competeret ei vtilis in rem actio: ergo eẽt hec alienationis ſpecies. Ang.

**Si autem.** Dominus ſoli pro ſuperficie nedum pro ſolo intentat directam realem ꝯ extraneũ poſſeſſorem non ꝯ ſuperficiarium qui ſe poteſt exceptione tueri: ⁊ cui datur actio: multo fortius datur exceptio. h. d. ℃ Nec ob. huic vltimo dicto. ꝭ. de acqui. re. domi. l. qua rõne. §. ſed non vt littere dic vt ibi. ℃ Jn tex. ibi. Non indiget vtili actione. Rõ huius ẽ q2 vtilis ⁊ directa non concurrunt pro eodẽ in eadẽ perſona: ſed ſemper debet intẽtari directa vbi competit: ⁊ vbi deficit: recurritur ad vtilem: tex. ſingularis eſt in. l. ſi heres inſtitutus. ꝭ. ad trebel. ℃ Jn tex. ibi. Sed habet in rẽ

pro ipſa

pro ipſa ſuperficie: ⁊ directam habet pro ſolo. Et hinc ſũpſit glo. argumentum ꝙ poſſum vendicare a te domuꝫ al' ſolum non obſtante ꝙ alius habeat a me ipſam in emphyteoſim. Et dicit verum qꝛ nihilominus ⁊ in ipſo fundo: ⁊ in ipſa ſuperficie habeo directum dominium. Sed huic deciſioni gl. opponit de. l. ide. in fi. ṡ. de ꝯdi. inde. ⁊ de. l. fructus. ṡ. de rei vendi. ⁊ nõ ſoluit: ⁊ propterea glo. nõ fuit auſa determinare: ſed dixit ꝙ hic eſt argumentum dicam tibi ſuper glo. ¶ In tex. ibi. In factum data. Nec ob. ṡ. de leg. i. l. ſi tibi homo. §. fi. vt ibi. nõ. in glo. nam ibi extinctum erat ius ſuperficiei per legatuꝫ a ſuperficiario factum dño. ¶ In glo. ſ. directam. ibi. Et nõ. hic argumentum. imo hic caſus expreſſius ꝙ vendico domuꝫ: fundum: ab extraneo: lꝫ non ab emphyteota. Et rõ huius eſt: qꝛ lꝫ conceſſerim domum vel fundum in emphiteoſiꝫ: aut ẽt res ſit ſuperficiaria: tamen ipſius ſuperficiei ⁊ domus totius habeo directum dominium. vnde exceptio de iure tertij nõ eſt excluſiua iuris mei nec actionis: ſed vbi allegatio iuris tertij eſt excluſiua iuris ⁊ actionis agentis: tũc indiſtincte excipitur de iure tertij: ſic itelligitur quod nõ. in. l. cum ſeruum quiſpiam. C. de ſerui. fugi. Ratio eſt in promptu qꝛ ſine actione nemo experitur. l. ſi pupilli. §. videamus. ṡ. de neg. ge. ⁊. l. ſi quod poſſeſſor. in fi. ṡ. de peti. he. cũ ſi[milibus]. ¶ In ea. gl. ibi. l. indebiti. in fi. vbi tradẽs fundum indebite cuius vſuſfructus pertinet ad tertium: vſufructu deducto: fundum condicit: ⁊ ſic directe videtur contradicere huic deciſioni. Sed non ob. qꝛ ibi loquit̃ in condictione indebiti que datur ſolum ad id quod ẽ ſolutum: cum rõne ſolutionis detur ex quaſi contractu: ſed vſuſfructus non fuit traditus nec tradi potuit per ſoluentem cum ad alium pertinet: ſic ⁊ qui tradit fundum alienũ non condicit proprietatem ſed poſſeſſionem ſolum: qꝛ illaꝫ ſolam tranſtulit. ¶ In ea. glo. ibi. De rei ven. l. fructus in fi. illa concordat cum glo. ⁊ tene eam menti perpetuo ſ. ꝙ agens rei vendi. ad fundum cuius vſuſfructus pertinet ad alterum: ſi vincit: debet victus condemnari ad reſtitutionem rei ⁊ fructuum: nam fructus veniunt acceſſorie. ⁊ ideo non poteſt excipi de iure tertij. l. loci corpus. §. competit. ṡ. de ſerui. ven. ⁊ pro nõbili huius gl. vide otio glo. in dicta. l. indebiti. §. fi. in fi. vltime glo. grandis: que querit an tradens fundum emphyteoticum recuperet ꝑ condictionem indebiti ſolum tm̃modo: an ſolum ⁊ ſuperficieꝫ: ⁊ dixit Jo. ꝙ recuperat vtrũqꝫ: qꝛ emphiteoſis ſeu ſuperficies nõ ſeparatur a ſolo: ⁊ dicit verum: lꝫ non per bonam rõnem. Sed rõ eſt qꝛ ita tradidit ſuperficiem ſicut ſolum. ¶ In glo. Hoc fallit. imo nõ fallit qꝛ illud interdictum vendicat ſibi locum vbi iminet lex falcidia: quo caſu ſicut nõ poſſet peti totum legatum: ita nec experiri põt pro ipſo toto: ita ꝙ ibi poteſt ſummi argumentũ hoc modo: ꝙ cui denegatur actio: denegatur ei exceptio: non autem ſummas hoc modo ꝙ cui denegatur actio: ei denegatur exceptio: ⁊ de hoc plene in. l. inuitus. §. cui damus. j. ð reg. iur. ⁊ plene per Dy. in. c. qui ad agendum. de regu. iur. in. vi.

**Si ſoli.** Si emptori domus ſuperficies euincitur. ſubuenitur ei per actionem ex ſtipulatu vl' ex empto. h. d. Et ſi conduxit ſubuenitur ei per actionem ex conducto. vel ex ſtipulatu ſi ſtipulatio interceſſit. vt. ṡ. loca. l. ſi fundus. ¶ In gl. Qui emit. ibi. Mõ nõ placet. ſ. ꝙ hic ponatur iſte caſus: tam eñ caſus poſitio eſt in ſe vera. Et ex ea habes formam practicandi quando fundus venditus: per multas manus diſcurrit: ⁊ emptor vltimus inquietatur: nam debet denunciare ſuo proximo venditori vt liti aſſiſtat: ⁊ auctor ſuo proximo auctori: ⁊ ſic de auctore in auctorem. Poteſt ẽt vltimus ſucceſſor inquietans auctori auctoris ſui denunciare ⁊ euitetur omnis circuitus ⁊ de euictione agere contra euꝫ ſi auctor imediatus poſſeſſoris inquietati ceſſit ſibi iura que habet ꝓ fundo ⁊ eius occaſione ſm̃ quod videmus cedi ⁊ ceſſiõis verba apponi in quolibet ꝯtu vẽditiõis: facit. ṡ. de euic. l. ſi pro re. §. i. ⁊ eo. ti. l. ſi ſeruum emero.

**Quod autem.** Iſte. §. qui eſt intricatus legitur in glo. tribus modis ⁊ quelibet poſitio eſt bona: lꝫ gl. approbet ꝑmam. Et breuiter. h. d. ſm̃ cõmunem lectu. Superficiario actio datur in rem: ⁊ poteſt ſuperficiarius ſuperficiarium facere donando vel legando vel aliter ius ſuperficiarium cedendo: ⁊ ſi ſuperficiarij ſunt plures pro indiuiſo ſuperficiem poſſidentes competit inter eos vtiliter iudicium diuiſorium: conſtituit ẽt vſumfructum ⁊ vſum ⁊ ſeruitutem in ſuperficie: ⁊ hic ẽt voluit hec littera cum ſeq. §. ¶ In tex. ibi. Quaſi vſumfructum ſiue vſum ineſſe. non prout vſuſfructus ⁊ vſus eſt ſeruitus: ſed prout in eis ieſt cõmoditas. habet enim ſuperficiarius cõmoditatem vſuſfructus ⁊ vſus: ipſa aũt ſuperficies non eſt ſeruitus vſuſfructus neqꝫ vſus ſed quaſi ſeruitus appellatur ob hoc ſolum qꝛ predium non eſt liberum. vt. l. ſi tibi homo. §. fi. ṡ. de leg. i. ⁊. l. iij. ṡ. de ſeruit. ¶ In tex. ibi. Conſtitui poſſe a ſuperficiario ⁊ ceſſionario: ⁊ dabitur vtilis actio ex in re ceſſo: vt ſtatim ſequitur. ¶ In tex. ibi. Vt ⁊ legari ⁊ donari poſſit. concor. ṡ. de leg. i. l. ſi domus. ⁊. l. ſi tibi homo. §. fi. eo. ti. Sed ob. de iure emphy. l. ij. vbi non alienatur res emphyteotica irrequiſito dño. ¶ Glo. ibi dicit ꝙ non venditur: ſed bene donatur ⁊ ẽt legatur. Doc. vbi tenent ꝙ nec ẽt donari poteſt. Potes reſpondere ꝙ ibi loquitur in re emphyteotica. hic aũt in ſuꝑficiaria: in qua non reperitur ſtatutum ꝙ ſit neceſſaria requiſitio domini ⁊ aliud eſt rem eſſe emphyteoticam: ⁊ aliud ſuperficiariã quod apparet: qꝛ ſuperficies conſtituitur per conductiõeꝫ vel emptionem. Sed contractus emphyteoticus diſtat a quolibet predictorum: vt in. l. contraria. vnde ſtatutuꝫ in eo: non extendam ad rem ſuperficiariam venditam vl' locatam. Bar. dicit idem in ſuperficie quod in emphyteoſi vt ſit neceſſaria requiſitio quando pro ipſa ſuperficie ſoluitur aliquod annuum: ſicut ſoluitur canon anniuerſari⁹ pro re emphyteotica alias ſi nihil ſoluitur: poteſt ſuperficiarius vendere ⁊ donare ad libitum voluntatis. Et maxime habent locum predicta in re eccleſie que in nullo titulo in alium poteſt transferri: per tex. ſingularem. C. ne rei domi. vel templo. l. ij. Sed lꝫ iſtud dictum ſit valde equuꝫ: tamen in ſuperficie non inuenio lege cautum. ¶ In glo. magna. ibi. Alij ſic. iſta lec. eſt optima: ⁊ declarat tibi ꝙ ſuperficiarius in ſuperficie poteſt conſtituere vſumfructum ⁊ vſum ⁊ omnem aliam ſeruitutem: ⁊ pro illa ſeruitute competit vtilis confeſſoria: de quo. j. §. proxi. non tamen durabit dicta ſeruitus: niſi quatenus durat ius ſuperficiarij: vt. ṡ. de pigno. l. lex vectigali. ¶ In ea. gl. in fi. hec rõ non eſt bona: qꝛ nec duo ſuperficiarij inſolidũ eſſe poſſunt. vt. ṡ. eo. in prin. l. in glo. Quare dic ꝙ ratio eſt: quia ſuperficiarius habet dominium vtile ipſius ſuperficiei. vt ṡ. eo. §. ꝙ ait. ⁊ ſic habet ius in re quod trãſferri poteſt de perſona in perſonam. Sed vſuſfructus eſt ſeruitus mere perſonalis ⁊ eſt ius perſone coherens ⁊ cum perſona finitur: ⁊ ideo in aliud non transfertur. vt Inſti. de vſufru. §. finitur. ⁊. j. de noua. l. ſi vſuſfructus ⁊ adde ad predicta qđ nõ. Spe. in ti. de loca. §. nũc aliqua. vẽſi. cxxv. Ang.

**Seruitutes.** Superficiarius in ſuperficie iure pretorio ſeruitutẽ conſtituit. ⁊ ſicut ſeruitus conſtituta iure ciuili vendicatur ſic ⁊ conſtituta iure pretorio vtili actione petitur: ⁊ turbato in talibus ſeruitutibus ſiľr competit vtile interdictuꝫ. h. d. ⁊ ſic male dixit Aldericus ꝓ incorporalibus non competere interdictum retinende: in. l. i. §. hoc interdictum. el. i. ṡ. ti. i. ⁊ eo. ti. l. ſi duo. in gl. magna. ⁊ vbiqꝫ dixi. ¶ In tex. ibi. Petentur. vide quod nõ. per gl. ⁊ Guil. C. de ſerui. l. ⁊ in prouinciali. Ang.

**Superficiarias.** Superficiaria domus eſt que in ſolo conducto vel empto vt tñ dominium emptionis non ſit: poſita eſt: ⁊ directa proprietas tam iure naturali ꝙ iure ciuili eius eſt cuius eſt ſolum: vtilis autem eſt ſuperficiarij. h. d. tex. cuꝫ glo. Ang.

¶ De itinere actuqꝫ priuato. Rubrica.

Practicam huius ti. vide in Spe. in ti. de cau. poſ. ⁊ proprieta. in. §. priuata aũt. in vẽſi. eſt ⁊ aliud. xiij. in. ij. colum. ⁊ in vẽſi. porro habenti ius. in. iij. colum. in. iiij. parte.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

℃ Jn glo. Rubrice hic titulus principaliter diuiditur in duas partes. Jn prima tractat de conſeruando itinere: via ⁊ actu ⁊ prohibetur turbatio: ⁊ durat hec pars vſqȝ ad.l.iij.§.ait pretor. Jn ſecunda tractat de itinere ⁊ actu reficiendo ⁊ prohibet refectionem ſi ꝓbatur viam: actum vel iter deberi: vt habes in.l.iij.§.vtilitas. ⁊.§.hoc aūt: ⁊ durat vſqȝ ad.l.apparet.j.eo.

## Ait pretor.

a Non ſummaſ. ℃ Jn tex. ibi. Uſus es.ſ.iure ſeruitutis quam putabā tibi deberi iuſta rōne motus. vt dicam.j.eo.§.hoc interdicto.in glo.ij. Et qualiter fiat miſſio in hoc interdicto contra cōtumacem: dic vt nō.Spe.in ti.de primo ⁊ ſcōo decre.§.reſtat.vſi.quid ſi igitur interdicto. ⁊ vſi.ſeq.

## Hoc interdictum.

Nō ſummaſ. ℃ Jn gl. Seruitutes.ibi. Reſpondeo forte vtile eſt.ſ.interdictū vti poſſidetis: vt.ſ̄. ſi ſerui.ven.l.ſicuti.§.ariſto.nō aūt iſtō directū vel vtile. ℃ Jn ea.glo.in fi.ibi.xxx.dierum. Que aūt ſit rō differentie ꝙ ſufficit vna die vel vna nocte aquā duxiſſe vt competat iſtud interdictum: ⁊ vt competat illud ē neceſſe quē fuiſſe vſū ſuitute iuris.xxx.diebus: dic vt nō. in.l.ſi prius.ſ̄.de ope.no.nun. Uel dic clarius qꝛ quem vti via itinere ⁊ actu contingere poteſt quandoqȝ ratione amicitie: ⁊ ideo cōmuniter contingit quin per talem itionem dn̄o fundi nullum aut quaſi nullum preiudicium ſolet afferri: ſed ducere aquam per fundum alienum parat ⁊ parare ſolet magnum damnum: ⁊ cōmuniter contingit neminē ducere niſi ſuitutꝭ iure ducat: ⁊ icirco ſufficit vna die vel vna nocte aquā duxiſſe hoc anno. Ang.

## Hoc interdicto.

Hoc interdictum propoſitum ad tuēdum viam iter ⁊ actum tuetur poſſeſſorem lȝ reuera ſeruitꝰ non fuerit impoſita: dūmodo poſſeſſor vſus fuerit nō vi nō clam non precario: ⁊ non minus ꝙ̄.xxx.diebus.nec ad p̄ſens tempus eſt coarctanda poſſeſſio.b.d.in terminis ⁊ i ſumma. ℃ Jn glo.i.ibi. Rñ: quidam.vt pla.cuius opi.tā ꝙ̄ falſa reprobatur in.l.cum res.C.de proba.ſ.ꝙ nō preſumitur dn̄s rei corporee lȝ poſſideat ⁊ non p̄ſumit ſuitꝰ conſtituta: lȝ alius ſit in quaſi poſſeſſione ſeruitutis. ℃ Jn ea.glo.ibi. Alij dicunt.iſta opi.eſt vera in ea parte dum dicit ꝙ poſſeſſori vie itineris aut actus vel alterius ſeruitutis licitum eſt reſiſtere ēt de facto: ⁊ ſic pro defenſione iuriū incorporalium licitum eſt vim vi repellere: ſicut pro defēſione rei corporee. Sed inquantum dicit poſſeſſori nō competere interdictum in iudicio: male dicit: nam ⁊ poſſidens ⁊ non poſſidēs agere poteſt: ⁊ ſi agit: dȝ de iure ſuo docere. Et idem ſi agat petitorio puta proponendo confeſſoriam. ℃ Jn ea.glo.ibi. Nec ipſe poterit reſiſtere. hoc eſt verum: ⁊ rō differentie probatur ibi: qꝛ volens reficere viam vel aliquid noui facit in fundo: merito poteſt ſibi reſiſti: niſi probet ſeruitutē ſibi deberi: ante quā probationem talis refectio non permittitur. Sed qui vult ire ⁊ agere ſolum: ⁊ nihil nouum facit ſed factum hoc.anno.xxx. diebus continuat: ⁊ ideo licite poteſt reſiſtere ſibi volenti eum turbare in itinere via aut actu. ℃ Jn ea.glo.ibi. Tu dic.hec vera. Cōmoditas ergo poſſeſſionis ſeruitutis ē duplex: vna qꝛ permittitur poſſeſſori reſiſtendi potentia: ex quo nihil innouat. Scd̄a qꝛ ex quo poſſidet: ſiue agat confeſſoria pro ſeruitute: ſiue conueniatur negatoria: debet ſibi p̄ſtari cautio ꝙ non ipedieſ eius vſus vſqȝ ad terminatum iudicium pro aduerſario: vbi aūt non poſſidet: non permittitur potentia reſiſtendi. Jtem ſiue agat ſiue conueniatur: debet cauere aduerſario de non vtendo niſi lata ſnīa pro ſe: ⁊ iſte eſt verus intellectus.l.pe.j.ti.i.q̄ difficilis eſt: ⁊ eius intellectus multipľr variatur. Ex predictis habes ſm Bar.ꝙ ſi capľm turbatur in iure eligendi puta qꝛ vnus vult intereſſe in capľo qui non habet ius tēpore electionis: de facto poteſt expelli per capľm: ⁊ ita obſeruatur cōmuniter. Si aūt creditor turbaretur in iure pcipiendi a debitore: ſolutionem denegante: non eſt licita talis reſiſtentia. vt.l.extat.ſ̄.ꝙ me.cau. ℃ Jn ea.glo.ibi. Niſi probȝ non competere ſeruitutē.i.non eſſe in poſſeſſione ſeruitutis: ne contradicat principium glo.que firmat ꝙ lȝ quis poſſideat: nō propterea preſumitur habere ſeruitutem: lȝ pla.fuerit in opi.contraria: ⁊ male de quo i.l.circa.ſ̄.de proba.plene in.l.cum res.C.de proba. ℃ Jn ea.glo.ibi. Quod probabitur hoc modo.hoc eſt falſuȝ ſȝ Ja.de are. ⁊ Dy.nam ille potuiſſet ire in quadam carracta coopertus: ⁊ non potuiſſet videri. Jtem impoſſibile ē probare directo quem non iuiſſe.xxx.diebus: cum aliquibus temporibus ⁊ momētis neceſſario teſtes dormierunt: comederunt ⁊ alio acceſſerunt. Tamen iſta glo. ſingularis eſt que docet formam probandi negatiuaȝ ꝙ quiſ non fuerit in loco: vel non fecit tale quid.ſ.vt fiat probatio per teſtes dicentes illum non feciſſe vel iuiſſe: nec potuiſſe feciſſe vľ iuiſſe quin ipſi teſtes vidiſſēt: ⁊ hac forma articulandi ⁊ probandi vtuntur aduocati: ⁊ eſt forma optima quando negatiua eſt probabilis per naturam: vt tituȝ non fuiſſe in loco tali die: ⁊ tali hora: in corpore de teſti.§.ſi vero abſunt.in gl. ⁊.C.de erro.aduo.l.i.ſeu.ij. in gl. facit quod nō.C.de ſicca.l.i. Sȝ vbi natura repugnat: tūc non eſt probabilis.C.de proba.l.actor. ⁊ ideo tunc teſtiſ aſſerens dictā negatiuaȝ eo ip̄o dicit falſum ſm Jnno. de cau.poſ.c.cum eccleſia ſutrina. Niſi dicas eam probari ꝑ explorationem: vt cum dico titium in italiam non veniſſe talem ſine filijs deceſſiſſe: pecuniam numeratā nunꝙ̄ fuiſſe.vt.j.de verbo.ob.l.hoc iure.que nōbilis ē ad hoc. vbi aūt probabilis eſt: ſi teſtis non interrogatus de cā ſcientie dicit vera eſſe: optime eſt probata negatiua: qꝛ non debuit vlterius dicere ex quo interrogatus non fuit.l.ſolaȝ.C.de teſti. ⁊ hoc tenet Jnno.expreſſe in.c.querelam.extra.de elec. ℃ Jn ea.gl.ibi. Uel qꝛ dicit ſe iuiſſe.iſta eſt forma ꝓbandi.l.optimā.hic allegata. ℃ Jn glo. Uſus ſit. ibi.l.pro legato.vbi putans rem ſibi legatam: lȝ legata nō ſit: vſucapit longo tempore: ⁊ vſucapit tunc titulo vniuerſali pro ſuo: ⁊ hoc modo probat rei dominium. Sic igitur ⁊ eodem modo vſucapit ſeruitutem habentem cauſaȝ cōtinuam vel quaſi longo tempore dicatur vſus ſeruitutis iure ſi putabat iure ſeruitutem conſtitutam. Tu dicere potes clarius. Primo ꝙ in vſucapienda tali ſeruitute nō requiritur titulus: ⁊ eſt verum. vt.l.ſeruitutes.la.iij.ſ̄.de ſerui.ti.generali. Secundo ꝙ omnis ille qui iuſta ratione motus credebat ſibi ſeruitutem conſtitutam. puta qꝛ procurator vel caſtaldus ſuus hoc aſſeruit: vel ēt pr̄ eius: vľ qꝛ ſuper hoc laborabat fama vicinie: intelligitur vſus ſeruitutis iure. ⁊ idem ſi laborant alie coniecture propter q̄s ē hoc ver ſimile: puta qꝛ ſuccidit arbuſta cum tranſibat per fundum: ad hoc vt melius ⁊ leuius ire poſſit: que ſucciſio non ſolet fieri ex cauſa amicitie: vt dixi ſupra: in aqueductu: ⁊ huic opinioni ēt Bar.applaudet. ℃ Jn ea.glo. ibi. Sed potes dicere contra: ⁊ bene: qꝛ vbicunqȝ plura copulatiue requiruntur ad fundandam intentionem alicuius pro victoria reportanda: omnia ſiue ſint affirmatiua: ſiue negatiua: ex quo ſunt fundamentum intentionis ſue: debent probari per allegantem.vt.j.eo.l.iij.§.hoc autem. ⁊ in.d.l.hoc iure. ⁊.ſ̄.qui ſatiſda.cogan.l.ſi vero.§.qui pro rei. Probo aūt me vſum non vi non clam eo ipſo ꝙ probo te vidente ⁊ patiente me vſum: ⁊ iſta patientia eſt articulanda ⁊ probanda. vt nō.plene C. de ſerui.l.ij. ⁊.l.ſi quis diuturno.ſ̄.ſi ſerui.ven. Dy.tamen dixit qꝛ vitium non preſumitur: neqȝ delictum: incumbere onus probandi aduerſario ꝙ vi aut claȝ iſte vſus eſt. Similiter non preſumitur precarium: qꝛ contractus facti ſunt: ⁊ facta nō preſumuntur niſi probentur.vt.l.in bello.§.facte.de capti.coniuncta.l.conſilio.in fi.ſ̄.de cur.furio. Sȝ qō dixi puto verum: ⁊ ſic inhereo ſnīe glo. Sed qualiter ꝓbabo ꝙ non precario: dic per confeſſionem partis. Jteȝ per allegationem ꝙ non precario: qꝛ lex hoc preſumit: vnde hoc probo eo ipſo ꝙ contrarium non probatur dūmodo allegem.vt.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.ideȝ pollioni.j.de adul.coniuncta.l.ſuper ſeruis.C.qui mili.poſ.vel non.li.xij. ℃ Jn ea.glo.ibi. Et.xxx.diebus. hoc ē verum in iſto interdicto: ſed in poſſeſſione aliorum iuriū incorporaliuȝ probanda: non requiritur dictum tempus: imo ſufficit actus vnicus ſeu plures ſm ꝙ ſuadet rō ſubiecte materie

ete materie: vt patet in poſſeſſiõe iuris eligendi qđ Bar.
ẽt tenet hic: ⁊ bene. In hoc aũt interdicto ſi talis eſt loc⁹
ad quem non acceditur niſi ſemel vel forſitan bis in ãno:
duplicabuntur ⁊ replicabuntur anni: ⁊ ſufficeret ſi in tem
poribus duplicatis vel triplicatis: vſus quis fuerit ꝑ.xxx.
dies: ⁊ hoc dicit glo. hic in verbo concluſit. in fi. quam vi
de ⁊ nõ.

**Annum.** Annus de quo loquitur in terdictũ
ex die interdicti redditi retrorſuꝫ cõ
putatur. h.d. ⁊ ſic non inſpicimus quo tempore annus in
cepit ſed inſpicimus retrorſum. ccclxvi. dies. Et hoc alle
gat Bar. in. l. libellorum. ꝟ. de accu. pro eo qui accuſauit
titium ꝙ de anno ⁊ de preſenti menſe maleficium tale cõ
miſit: ⁊ annus non eſt preſens ſed ptũs: ſed bene eſt pre-
ſens computando retrorſum. ccclxvi. dies. ¶ In glo. in.
verbo. Ex die. ibi. Conteſtate litis. patet ꝙ in iſtis poſſeſ
ſorijs conteſtatur lis: lꝫ Guil. fuerit in opi. cõtraria: quod
Bar. examinat plane in. l. naturaliter. in. §. nihil cõmune.
ꝟ. de acqui. poſ. ⁊ eſt caſus in. §. ſed hodie. Inſti. de inter
dic. Ange. de peruſio.

**Si quis hoc.** Agens interdicto ſi pro
bat ſe vſum itinere vel
actu: vincit. h.d. ⁊ intellige ſi vſum. xxx. diebus: ⁊ non vi
vel clam vel precario: vt plene vidiſtis. ꝟ. eo. in. §. hoc iter
dicto. ⁊ ſi probat ſe vſum actu: vincit in actu: ſi itinere vin
cit in itinere. Sꝫ an probãs de vſu itineris vincat in actu
glo. hic dubitauit: dicam in ea. ¶ In fi. glo. ibi. l. ij. hoc ẽ
falſum cum ſint ſeruitutes diuerſe. Nec obſtat. l. allega-
ta. q2 ibi tractatur de retinendo: hic aũt de querendo ſm
Ia. de ra. Qui ergo probat ſe vſum aliqua ſpecie ſeruitu
tis: aut iuriſdictionis: illam ſpeciem ſolum acquiret ꝑ vſũ
ſolitus ergo exigere pedagiũ certe rei: non preſcribit ius
exigendi vniuerſaliter de qualibet re: ſi tñ conſtaret eũ ha
bere ius exigendi q2 priuilegium habet a ceſare: tunc per
vſum in vna ſpẽ: conſeruatur ius in totum: ſi ſciebat ius i
totum ſibi competere: ſecus ſi credebat in vna ſpẽ tñ: q2
per non vſum perdidit reliquas. vt. l. is qui vſumfructum
habet. ꝟ. qui. mo. vſufr. amit.

**Iulianus.** Uſus itinere aut actu vſqꝫ ad
certum ⁊ determinatum locum:
vſqꝫ ad illum habet interdictum: non vlterius. h.d. Qui
ergo vſus eſt iuriſdictione vſqꝫ ad certũ locũ: vſqꝫ ad illũ
tñ preſcribit ⁊ non vlterius. tene menti.

**Iulianus recte.** Uſus hoc anno in
xxx. diebus via itine
re aut actu per fundu m alterius propter neceſſitatem fa-
cti iminentem: non intelligitur vſus vt ſibi paretur inter-
dictum hoc. h.d. ⁊ concor. ꝟ. eo. §. ſi quis aũt. propter in-
undationem. ¶ In tex. ibi. Omnino vſum. q2 non iure
ſeruitutis: ſed propter facti impedimentuꝫ. ¶ In tex. ibi.
Multo enim minus. Nõ. ꝙ qui non vtitur via: q2 nõ po
teſt: vel non vtitur iuriſdictione q2 impeditur de facto: nõ
habetur propterea propter tale impedimentum pro vten
te. Et ideo perdet ſeruitutem ⁊ iuriſdictionem tanto tem
pore quanto perditur non vtendo: põt tamen in integruꝫ
reſtitui: vt. d. §. ſi quis aũt. ꝟ. eo. ⁊ hoc ẽt tenet gl. hic: ⁊ fu-
it opi. Azo. Ang.

**Is cuius.** H.d. breuiter: ꝙ aut alius iuit
nomine alieno: ⁊ ille cuius noĩe
itum eſt bene habet hoc interdictum. Aut alius iuit nomi
ne ſuo credens fundum ad ſe pertinere ⁊ ſic vtenti cõpe-
tit ⁊ non alij Dy. Uel ſic is cuius nomine per funduꝫ
vſus factus eſt intelligitur vſus: ſed vtens ad fundũ queꝫ
ſuum exiſtimabat per fundum vicini ⁊ ſeruitutis iure: ſibi
parat hoc interdictum: non aũt vero domino fundi. h.d.
¶ In tex. ibi. Iter ad fundum fecit. ẽt dño ignorante: ſi
tamen dñs ante inceperat vti: ſed ſi non ceperat: ſecus vi
detur: ⁊ hoc glo. tenet hic ſm quoſdam: ⁊ videtur proba
ri in. §. quotiens. ꝟ. proxi. coniungendo ibi tex. cum glo. q̃
ſignatur ſuper verbo via vtitur ⁊ hoc tenebat Dy. Ar
gumentum tñ eſt contra. q2 ſicut poſſio rei corporee per
procuratorem ⁊ amicum ẽt ignorante dño acquiritur. vt
l. i. C. de acqui. poſ. ita ẽt dño ignorante videt̃ acquiri q̃ſi
poſſeſſio in qua querenda requiritur inſtrumentum natu
rale hominis quod conſiſtit in vſu: ⁊ hoc forte tutius eſt
Bar. aũt non decidit quicq̃. ⁊ hoc. ꝟ. eo. l. iij. §. vti vide-
mur lꝫ ille. §. non videatur loqui niſi cũ tractamus de poſ
ſeſſione ſeruitutis retinenda. Ang.

**Si quis autem.** Iſte. §. ſummatus
eſt cum. §. Iulian⁹
recte ait. ꝟ. eo. vnum ſolum addit. ſ. ꝙ quando quis vti nõ
poteſt propter impedimentum facti competit ſibi in inte
grum reſtitutio ex clauſula illa: ſi qua mihi iuſta cauſa eẽ
videbit̃. Et per hunc tex. dicit Bar. ꝙ lꝫ preſcriptio. xxx
annorum currat ẽt ignoranti: tamen ſi propter impedimẽ
tum facti agere quis non potuit: competit ſibi in integruꝫ
reſtitutio: ⁊ ita limitat. C. de preſcrip. lon. temp. l. fi. ⁊ alia
iura idem dicentia: quod eſt nõ. dignum. ¶ In tex. ibi.
Cum ſuperiore vſus ſit. ſcilicet triginta diebus. ⁊ non
vi non clam non precario: ita ꝙ ſi non fuit poſtea hoc an
no vſus ⁊ perdidit actionem queſitam perfecte. i. hoc in-
terdictum: ſuccurretur ſibi per reſtitutionẽ in integruꝫ. Si
aũt non queſiſſet perfecte: non eſſet reſtituendus: q2 ne-
mo reſtituitur ad lucrum quod non poteſt percipi niſi cũ
alterius iactura. l. deniqꝫ. ⁊. l. nec vtileꝫ. ꝟ. ex qui. cau. ma
io. C. de anna. excep. l. i. §. ad hec. ⁊ hoc tenet hic glo. ap
te in verbo. Per in integrum. Ultimo glo. hic dicit ꝙ in
hac preſcriptione non requiritur titulus: ⁊ dicit verum ⁊
eſt tex. ꝟ. ea. l. §. ſi tibi fundum. in glo. allegata. ⁊ dixi etiaꝫ
ſupra ea. l. §. hoc interdicto.

**Preterea.** Dilatio conceſſa vni litigantiuꝫ
alteri non debꝫ eſſe nociua. h.d.
Uel ſic. Qualitercũqꝫ propter impedimentuꝫ facti quis
vti hoc anno non potuit diebus. xxx. fit repetitio eorũdeꝫ
dierum precedentis anni ſi tale impedimentum cauſat be
neficium reſtitutionis in integrum. h.d. Ex quibuſcunqꝫ
igitur cauſis ſolet reſtitutio poſtulari: competit interdictũ
repetita die: poſtulatur aut reſtitutio vbi quis vti non po-
tuit propter incõmoditatem riui: aut q2 via erat prerupta
vt. ꝟ. eo. §. Iul. vel propter inundationem aquarum: aut
propter violentiam: aut propter dilationem aduerſario
datam deliberationis cã: vt hic coniuncto. §. ſi quis autẽ.
¶ In tex. ibi. Deterior fiat. q2 dilatio data aduerſario
excedit annum iſtius interdicti: infra queꝫ. xxx. diebus de
beo probare me vſum a tempore litis conteſtate. vt. ꝟ. in
prin. ¶ In tex. ibi. interdictum reddi. vt ſic fiat computa
tio ab eo tempore quo propoſui interdictuꝫ: ⁊ ita compu
tando tempus inuenio me vſum. xxx. diebus hoc anno:
que computatio non ita deberet fieri ſi nõ fuiſſet in lite cõ
teſtata. tardatum propter dilationem aduerſario datam.

**Si tibi fundum.** Iſte. §. eſt pul-
cher ⁊ notabilis
in ſubſtantia. h.d. Utens via precario a dño fundi ſeruiẽ
tis: ⁊ vtens fundo dñante precario a dño eiuſdem fundi:
non intentat hoc interdictuꝫ contra precario concedentẽ
viam: ſed bene competit dño fundi. Si aũt viam precario
non rogauit: vtitur interdicto ſi vſus eſt via tanq̃ debita
fundo. h.d. vſqꝫ ad. §. ſi quis. Quantum ergo ad concedẽ
dum vel denegandum hoc interdictum dño fundi: inſpi-
citur opinio dñi: non eius qui fundum rogauit precario:
⁊ quantum ad concedendum vel denegandum ipſi rogã
ti precario: inſpicitur eius opinio ⁊ nõ dñi. ¶ In tex. ibi.
Precario rogaueris. hoc precarium fuit inutile vt in glo.
ex quo fundo debebatur via. Ex hoc nõ. ꝙ vtens via pre
cario non interdicit ꝯ concedentem: quantũcũqꝫ illa con
ceſſio fuerit ſuperuacua ⁊ inutilis: tene menti. ¶ In tex.
ibi. Nec per te precario poſſidere intelligor. vnde non at
tenditur opinio tui vtentis: ſed mea qui ſum dñs fundi do
minantis. Et ſic eſt hic caſus expreſſus ſm Bar. ⁊ bene
Qđ ſi ciuitas aſſiſij in qua cõmune habet iuriſditioneꝫ ⁊
merum imperium: habet capitaneum exercentem iuriſdi
tionem ⁊ imperium precario a duce ducatus: ꝙ nihilomi
nus peruſium retinet imperium ⁊ iuriſditionem per vſuꝫ
talis capitanei: q2 non attenditur eius intentio: ⁊ ideo cõ
ſeruatur poſſio per talem vſum ciuitati peruſij. Si tamen
dictus capitaneus turbaretur in iuriſditione per ducem:
non ageret interdicto: per hunc tex. Item aduerte q2 lꝫ
precarium vie inutiliter ⁊ ſuperuacuo ꝯceſſum ⁊ impetratũ

operetur vt non competat interdictum: vt dixi in prin. §. tamen ſecus eſt vbi contractus precarij eſt funditus null9 ipſo iure: exemplum ſi dñs fūdi dñantis rogat viam precario per fundum vicini debentis ſeruitutem: nam cum precarium eſt nullum ipſo iure: non tenet ipſum rogantem: ⁊ ideo interdicere poteſt contra concedentem: vt in hac littera patꝫ aperte. ¶ In tex. ibi. Ego ire intelligor. ⁊ nō precario: vnde poſſum vti interdicto inſpecta opione mei ⁊ non vtentis. Et intellige ꝙ poſſum vti interdicto ſi ego dñs ſum prohibitus vti: vel ēt ſit prohibitus vti qui negauit precario viam: nam ex quo intelligor vti per eum: ergo eo prohibito: ego intelligor prohibitus: ⁊ ſic ago interdicto lꝫ ipſe non poſſit propter precarium. ¶ In tex. ibi. Interdictuꝫ inutile eſſe. ſ. dño qui rogaui viam ad funduꝫ meum precario. Ex hoc ſumitur regula de qua feci mentionem in ſummario. ſ. ꝙ quo ad concedendum vel denegandum hoc interdictum dño qui conceſſit fundum precario ſemper inſpicitur opinio ipſius dñi. Sed quo ad cōcedendum vel denegandum ipſe vtenti: inſpicitur opinio ipſius vtentis: ⁊ hoc eſt quod. j. ſequitur. ¶ In tex. ibi. Tu tamen. ſ. colonus: vel precario rogans fundum. Et ſi dicis quomodo competit hoc interdictum colono prohibito: cum nullam habeat poſſionem naturaleꝫ neqꝫ ciuilem fundi vel ipſius itineris: vt. l. non ſolum. §. qđ vulgo. ff. de vſuca. Dic ꝙ iſtud interdictū non deſiderat quē eſſe poſſeſſorem: dūmodo probet ſe vſum hoc anno. xxx. diebus non vi non clam: non precario. Iſta tamen ſolutio non eſt bona quo ad omnia: q: non tollit interdictum vti poſſidetis. Sed dic ſm Bar. ꝙ intelligitur cum actuꝫ eſt vt poſſideat. ¶ In tex. ibi. Poteris interdicto vti. huic eſt contra fortiſſime quod nō. in glo. ij. in fi. in. l. ſi duo. in prin. ff. vti poſſi. vbi ſucceſſor nō debet eſſe melioris cōditionis ꝙ̄ auctor: ⁊ ideo ſucceſſori rogantis funduꝫ precario non competit iſtud interdictum: ſicut neqꝫ competere poterat ipſe roganti. Sed ſolue vt ibi dixi: quia ibi ſuccedit' in eodem: hic aūt non: nā alius eſt vſus vie i me ⁊ alius eſt in re. Sed ibi non mutatur nec variatur res in qua fiebat ſucceſſio. Ultimo nō. iſtud verbum credo: q: prolatum a legiſlatore: idem importat quod decido ⁊ idem in iudice ⁊ conſultore: per hunc tex. Secus eſt in teſte: qui de veritate ⁊ non de credulitate deponere debet: vt nō. Spe. in ti. de teſte. §. i. vſi. Item ꝙ depoſuit de credulitate in. ix. colum. ¶ In gl. ij. in verbo. Conceſſero. ibi. Si enim vt ſolam habeas detentationem. Nō. bene exemplum hoc: q: ſi tibi concedo precario: vt tu calefacere poſſis ad ſoleꝫ tempore forſan hyemali: non intelligo in te transferre poſſionem fundi aliquam naturalem vel ciuilem: ſed dūmodo detentationem meram aſininam.

Secundo decidit hic glo. ꝙ merus detentator non poteſt rogare viam precario ad fundum quem ſolum modo detinet. Rō eſt ſm Bar. q: ſeruitutes ſunt qualitates fūdorum. vnde nō poteſt eſſe qualitas vbi nō eſt ſubiectuꝫ. Sed hec rō non videtur bona: q: ſubiectum eſt. ſ. fundus Potes ergo dicere ꝙ ideo non rogat precario: q: ſua non intereſt rōne dominij vel poſſeſſionis. ¶ Nec ob. quod ſupra dixi colonum agere hoc interdicto: q: concedo licꝫ agere poſſit q: vſus eſt: tamen nō ſtipulatur viam ad fundum: cum nec ſit ſuus nec ſua poſſeſſio ſit: ſaluo niſi ſtipulatur nomine domini: quilibet enim ſtipulando nomie alterius: alteri querere poteſt. vt. l. huiuſmodi. in prin. in gl. magna. ff. de leg. i. ¶ In glo. in verbo. Interdictum. ibi. Uel dic poſſe. Hanc tenent doc. ſ. ꝙ pro vnico actu ꝓhibitionis agere poſſet dñs fundi dñantis ⁊ ēt poſſeſſor eiuſdem fundi. ¶ In ea. glo. ibi. Quando naturalem poſſeſſionem. decidit hic glo. ꝙ vbi quis habet naturaleꝫ poſſionem fundi ad quem itur: nō poſſet agere interdicto hoc: ⁊ ſic directo decidit contra illud quod dixi colono cōpetere hoc interdictum: ex eo q: ſufficit nudus vſus facti ad hoc vt competat interdictum: ⁊ ſic requiritur ſola quaſi poſſio illius iuris: ⁊ hanc partem tenuit glo. ff. eo. §. ſi quis aūt propter. in verbo. Sibi. ⁊ illam puto veram per tex. huius. §. ibi. Tu tamē vt credo. recte intelligēdo ꝙ iuriſconſultus loquitur tam colono ꝙ̄ precario roganti. Sꝫ doc. cōiter tenent iſtam glo. ⁊ cum hac glo. cōcor. ſeqñs glo. in verbo. Poteris. ibi. Ut ibi habeas poſſeſſioneꝫ ciuilem ⁊ naturalem ⁊c̄. in prin. glo. ¶ In gl. in vbo. Poteris. circa prin. ibi. Ut ꝓ noie dixi. ſ. in glo. in verbo interdictum. ſed nec illam nec hāc teneo: q: verba pretoris nō deſiderant quem eſſe poſſorem fundi ad quem itur. Et ſi hec glo. eſſet vera: ſequeretur ꝙ ſi habet dñiuꝫ ⁊ nō poſſionem vllam: non poſſet agere interdicto: ſi prohibitus eſſet ire: qđ eſt falſum. ¶ In ea. gl. in fi. ibi. ſm quoſdam. Sed in illis inquietatus nō erat: ⁊ illud interdictum non competit niſi poſſidenti.

**Si quis ſupra.** Quod recte tranſactum eſt per ſeqūs delictum nō corrumpitur vel mutatur. h. d. cum. l. ſeq. Et facit ad id quod nō. Spe. de inſtru. edic. §. nunc aliqua. v. quid ſi eps. in fi. ¶ Nec ob. in corpore vt li. ma. ⁊ autē. §. quod aūt. vt ibi nō. in quinto cōtrario per Ja. de bel. Similiter nō ob. quod nō. in. l. i. in prin. ff. de oper. no. nun. vt ibi dixi. ¶ In tex. ibi. Nō ſit vſus. ſ. bona fide. ¶ In glo. i. ibi. Uel dic ſm Azo. forte. ⁊ male: q: verba pretoris deſiderant vſum. xxx. dierum nō vi: nō clam: nō precario. vnde nō deſiderauit pretor ſimplex initium: ſed initium ⁊ progreſſum per tempus. xxx. dierum: ⁊ facit ꝓ hoc. j. ti. i. l. i. §. idem ait. ¶ In ea. glo. ibi. Dicam non dari: ⁊ bene. ¶ In glo. l. nec enim. in fi. glo. ⁊ vide Dy. in. c. actus legitimi. extra de reg. iur. Ang.

**Hac etiam.** Utēs via ab auctore recte: ſi clā vtitur a ſucceſſore: habet nihilominus interdictum. h. d. ¶ In tex. ibi. Recte via vtebaris. ex eo q: nō vi: nō clam: nō precario fuiſti vſus triginta diebus. ¶ In tex. ibi. Claꝫ videaris ab eo vti ⁊c̄. poſt prohibitionem tibi factam de nō vtendo per emptorem: ⁊ nō audebas vti via palam timore prohibitionis predicte: ⁊ hoc tollit contrarium ſignatum in glo. ¶ In glo. Nō. hoc interdictum. ibi. Et emptor victus. l. in hoc interdicto. ex eo q: fundus venditus erat ſeruus qui tradi debebat liber. Ang.

**Item ſciendum.** Prohibitus vti ſi clam vtitur per ſe ipſum aut per alium per quem ſeruitus vie retinebatur: clam dicit' vti. Sed ſi dñs prohibitionem ignorat ⁊ perſeuerat vti: pōt hoc interdicto agere. h. d. ¶ In tex. ibi. Ipſe prohibitus vtitur. ⁊ claꝫ timore prohibētis. ¶ In tex. ibi. Perſeuerauero vti: per meipſum aut per aliuꝫ nō prohibitum: vnde nō poſſum dici vſum clam: q: nō clam vſus ſum: nō vi: q: vim nō feci: non precario: q: precario nō rogaui. ⁊ ideo ſi per conſumationem. xxx. dieruꝫ vſus ſum competit mihi hoc interdictum. ¶ In glo. in verbo Uti. in fi. ibi. §. ſi tibi fundum. primo Rñ° ⁊ ibi caſus: ⁊ hec vera ſm Dy.

**Si quis ab.** Qui vicioſe vtit' ab auctore ⁊ a ſucceſſore eius etiam in rem vicioſe intelligitur vti: ⁊ ideo ei eſt inutile interdictum. h. d. vſqꝫ. §. in hoc. Sic ⁊ econuerſo qui vtitur recte ab auctore: itelligitur recte vti a ſucceſſore: ⁊ ideo ſibi eſt tunc vtile interdictum: vt. ff. ea. l. in prin. Hec eſt ergo regula ꝙ cum auctori denegatur hoc interdictum propter vicium: denegatur ſucceſſori: ⁊ econuerſo cum cōceditur hoc interdictum auctori propter vſum rectum: conceditur ēt ſucceſſori lꝫ ſit vſus poſt prohibitionem vi vel clam. vt hic: ⁊. j. eo. §. ſed ⁊ ſi quis vſumfr. ¶ In gl. Facit. C. ib. Dicam inſpici originem. ⁊ bene caſus eſt in iuribus hic allegatis in glo. Et hoc dixerunt quidam eē verum ſi ego ſucceſſor volo vti acceſſione primi temporis: alſ ſecus argumentum. ff. de acqui. poſ. l. pompo. refert. §. cum quis. vbi qui vtitur adminiculo ſui auctoris vti debet cum ſua cā ſuiſqꝫ vicijs. Sed ibi loquitur paſſiue: hic autem actiue ſi bene conſideres. Ultimo nō. ex fi. huius. §. hanc doctrinam ꝙ nobis nō nocere pōt qđ auctori noſtro nō nocuit: ſic econtra dicit nobis nocere qđ nocebat auctori. vt. ff. ti. ij. l. ſi duo. in prin. ⁊ ibi nō. Ang.

**In hoc interdicto.** In hoc interdicto condēnatur reus quanti actoris intereſt via aut actu non fore prohibitus.

ꝓhibitus.h.d. ¶ In tex.ibi.Eius.ſ.actoris. ¶ In glo. Apparet ergo.ibi.ꝙ debet fieri condemnatio.ſ.a pricipio vt differat a ſequenti poſitione caſus ſeu lec. que voluit ꝙ primo debet reus condemnari ne vlterius probibeat: ⁊ deinde ſi poſt condemnationem hanc:contumax eſt:qꝛ non obedit ſnie iterato debet cōdemnari in eo quod actoris intereſt. Sed hec prima lec.placet glo.propter vitandum circuitum ne duplex ferratur ſnia.Et condemnabiť ad tria.Primo vt de cetero nō probibeat vľ moleſtet.Secundo vt caueat de non moleſtando.Tertio ad preſtationeʒ intereſſe quod pretendit actor propter preteritas moleſtationes:quod tene menti: ⁊ hoc voluit hic glo.de quo ē in.l.ſi duo.ſ.vti poſ.in ſi.illus.l. Ang.

**Uti videmur.** Seruitutes retinentur ꝑ ſeruos:colonos ⁊ hoſpites: ⁊ eis vtentibus:nos videmur vti: ⁊ competit interdictum ſi ipſi turbentur:ſecus ſi turbatur fructuarius ſol⁹. Si aūt proprietarius ⁊ ipſe:vtriqʒ competit interdictum quod poteſt proponi contra cōmunem probibentem .h.d. ¶ In tex. ibi.Colonos.ad modicum tempus conducentes.vt glo.magna hic ſentit ⁊ bene.Nam ſi eſſet coloni ad tempus longum:haberent ius in re: ⁊ intelligerentur vti pro ſe ⁊ non nomine ſuo: ⁊ dn̄i non videntur tunc vti per eos: ⁊ ideo ipſis turbatis competit hoc interdictū non dn̄is ſi turbati dn̄i non ſunt. ¶ In tex.ibi. Et fere per eos omnes.noſtro nomine ⁊ voluntate euntes.vt.ſ.eo.l.i.§.is cuius. lʒ talis voluntas non deſideratur quatenus ad retinendam ſeruitutem debitam ipſi fundo:imo per vſum cuiuſlibet ſeruitutis conſeruatur:qꝛ ſufficit itū eſſe nomine fundi cui debeť.vt.l.nam ſatis. in prin. ⁊.l. qui fundum.ſ.quemad.ſerui.amit. ¶ In tex.ibi. Julianus ait.Sed ibi fructuario bene queriť ꝓpter vſum ſuūʒ: ⁊ probibitionem ſibi factam: ⁊ hoc eſt quod ſequitur.

**Si quis ex.** Cum interdictum hoc competit auctori:competit etiam ſucceſſori ex quacūqʒ cā legitima.h.d.vſqʒ ad.§.ait ptor. Uel ſic:vſus iuſtus ⁊ completus ꝓducit ⁊ cauſat oi ſucceſſori legitimo hoc interdictum ſi probibeatur vti.h.d.

**Ait pretor.** Hic ponitur ſm edictum ꝑtoris loquens de eo qui vſuſ ē hoc anno non vi:non clam: nō precario:via: vel actu ſi vult reficere ⁊ eſt probibitorium ſicut precedens: ſed hoc interdictum poſſeſſorium ſapit cauſam proprietatis ex eo qꝛ non poteſt in hoc poſſeſſorio agens vincere niſi doceat de proprietate ſeruitutis vt hic. ⁊.ſ. de interdic.l.ij.§. quedam. ⁊ ſic non pōt hic de poſſione ꝯtendi quin ꝯtēdatur de ꝓprietate. ¶ In tex.ibi. Jus eſt.i.ꝓut in ſeruitute ꝯſtituenda actū eſt.vt in.§.fieri.j.ea.l.

**Qui hoc.** Reficiens viam actum vel iter: debʒ vicino de damno infecto cauere.h.d.

**Utilitas.** Hic poniť cauſa ꝓpter quaʒ iſtud interdictum eſt propoſitum.

**Hoc autem.** Hoc interdictum de refectione loquens non eſt mere poſſeſſeſſorium ſed cām proprietatis ſapit: ⁊ ideo non competit niſi habenti proprietateʒ virtutis: ⁊ ei qui vſus eſt hoc anno.xxx.diebus non vi: non clam:non precario precedens aūt interdictum mere poſſeſſorium eſt.h.d. in terminis ⁊ in ſumma. Uel ſic:Ubi plura ſunt neceſſaria copulatiue:ſi quod deficit:deficit diſpoſitio.h.d. concordat.l.ſi heredi plures.ſ.de condi.inſti. ⁊.ſ.de diuor. l.ſi.§.ait lex.alias ꝯcor.vide in glo.magna.Uel ſic: agēs hoc interdicto ſuccumbit niſi probet vſum ⁊ ſeruitutis ꝓprietateʒ.Sed in precedenti interdicto ſufficit probare ſe vſum.h.d.vſqʒ ad.§.reficere. ¶ In tex.ibi. Omnes vti poſſunt.Nō.bene ꝙ dicit omnes pro eo quod dixi in.l.i. §.ſi tibi fundum.ſ.eo.vbi tenui etiam inquilinum agere poſſe precedenti interdicto ex quo vſus eſt iure ſeruitutis debite fundo:ſi turbatur poſtea in via:itinere:aut actu. ¶ In tex.ibi.Et ei ſeruitutem competere: ⁊ ſic poſſeſſionem ⁊ proprietatē ſeruitutis. ¶ In tex.ibi.De ſuo iure. i.de ſeruitutis proprietate. ¶ In tex.ibi.Aliquid noui facit.huic eſt ꝯ.ſ.de no.ope.nun.l.i.§.ſi quis edificiuʒ.vb reficienti edificium vetus nō nūciatur nouūʒ opus:qꝛ nō dꝛ quicꝙ noui facere ſed tm̄mō veteri ſuſtinendo ne ruat remedium adhibere. Solu.quantum ad illud edictum concedo ꝙ non intelligitur facere quicꝙ nouūʒ:ſed ꝗtuʒ attinet ad hunc tractatum ſic: ⁊ pro hoc eſt tex.in.l.de pupillo.§.ſi quis riuos.ſ.de oper.no.nunc. ¶ In tex.ibi. Niſi vere habet ſeruitutem.Nō.quod dicit vero pro eo quod dicam.j.eo.l.apparet.§.ſi quis ſeruitutem.in gl.magna. ¶ In glo.magna.ibi. Uel dic.hec vera ⁊ approbata. ¶ In ea.ibi.§.ſi quis mihi. ⁊ eſt rō qꝛ ſapit naturā ꝓprietatis. ¶ In ea.ibi.l.ij.§.pomponius.rō eſt qꝛ illud ē mere poſſoꝛium.Et conclude tres caſus:qꝛ interduʒ agitur confeſſoria ꝯ probibentem refectionem: ⁊ ſufficit ꝓbare proprietatem ſeruitutis.vt.l.loci.§.ſi quis mihi.ſ.ſi ſerui.vendi. Interdum agitur hoc interdicto ꝯ dictuʒ ꝓhibentem. ⁊ tunc oportet duo probare.ſ.ꝓprietatē ⁊ vſuʒ Interdum agitur interdicto precedenti ꝯ probibentem vſum ſimplr: ⁊ tunc ſufficit probare vſum:qm̄ omnibus competit qui hoc anno vſi ſunt ⁊ ſubaudi ſeruitutis iure: vt in hoc.§.in prin. Ultimo nō.ꝙ vbicūqʒ ſunt plures rōnes poſite copulatiue permiſſorie vel probibitorie oēs ꝓbari oportet:aut omnes adeſſe vel ceſſare opʒ: vt abſit permiſſo vel probibito: ⁊ ad hoc allegatur iſte tex.in corpo.de reſti. ⁊ ea que par.in.§.quāobrem.colla.iiij.

**Reficere.** Ille reficit iuſte qui ad priſtinaʒ formam reducit.h.d.mutare ergo formam antiquam non lʒ:niſi ſm quod habetur.ſ.cōmu.ꝑdio.l.refectionis.§.ſed ⁊ depreſſum.qui vꝛ ꝯ. ¶ In tex. ibi.Aliud facere. ⁊ hoc de proprio ſignificato vocabuli:ſʒ de largo ⁊ improprio:inter reficere ⁊ facere non eſt differentia:tex.eſt in.l.i.§.pe.ſ.de mor.infer. ⁊ ibi nō.in glo.

